ELLE correzioni del Serenissimo Principe di felice memoria Domino Andrea Gritti, sotto di xiiij. Mazo M. D. XXIII. fù per questo Consiglio dechiarito, che essendo stà all' hora, in loco della Decima, per noua informatione della Terra; imposta la Tansa, il Serenissimo Principe nostro douesse per ciascuna delle Tanse, che fossero poste, pagar li Ducati tresento, che prima solea pagar sua Serenità per causa del Ducato, sotto nome di Decima; & perche delli Ducati quattro mille, che importa (omnibus computatis) la prouisione assignata a sua Celsitudine, Ella, battute le spese ordinarie, che l'è obligata fare per la promissione sua, presa in questo Consiglio, vien à restar, come si è veduto particolarmente per li conti suoi, in ducati mille tresento in circa all'anno, delli quali la ne conuien pagar

O tresento

tresento per ogni Decima , che si mette ; si che quando ben la ne pagasse vna sola , li veneriano à soprauanzare soli ducati mille ; liquali per la verità non suppliscono al bisogno di sua Serenità , douendo Lei seruar , come la fa nel viuer , vestir , tapezzarie di casa , & altro , quel decoro , che ricerca il grado suo , per honor , & dignità della Republica Nostra ; & perciò è conueniente cosa , anzi necessaria , essendo stà presa vltimamente nel Senato in questa noua retassatione della Terra , che s'habbi à pagar per anni cinque prossimi ogni anno vna Decima presa , che importerà a sua Serenità li detti ducati tresento , quali ella è tenuta pagar per conto del Ducato , & hora , & sempre , che saranno poste Decime , che sia fatta tal dichiarazione , che sua Sublimità non sia astretta per il detto Ducato a maggior grauezza , & peso di quello , che portano in fatto le forze sue ; Però

L'anderà parte , che per autorità di questo Consiglio , alqual solo per le Leggi Nostre , & per il Capitolo hora letto , contenuto nella promission di Sua Serenità , spetta il dechiarir , & decider le materie pertinenti al Dogado , sia preso , & dechiarito ; che hora , & sempre , che saranno poste vna , e più Decime , il Serenissimo Principe nostro debba pagar ducati trecento

cento per ciascuna di quelle; oltre le quali per conto del Dogado non sia astretto pagar altra Tansa, non essendo conueniente, che sia da Sua Celsitudine per esso Ducato pagata doppia grauezza, cioè la Decima, & la Tansa insieme, perche questo li farebbe del tutto impossibile. Declarando però, che la Serenità Sua per la sua propria facultà, & specialità debba far tutte le fattioni, & grauezze della Città, come fanno li altri Cittadini, iusta la forma delle leggi nostre.

Quòd Serenissimus Princeps teneatur soluere ducat. 300. pro singulis Decimis, & Tansis, causa eius Ducatus, & pro reliquis eius bonis proprijs faciat omnes factiones, & onera Ciuitatis, eiq; addantur ducat. 1000.

M. D. LIX. Die 21. Augusti, in Maiori Consilio.



• Cosa manifesta, che tutti li fedeli nostri quando intendeno, che'l Serenissimo Principe nostro sia il primo a poner, & poi pagar le grauezze, che di tempo in tempo occorreranno metterli per li bisogni del Stato Nostro, tanto maggior

O 2 mente

mente si contentano di concorrer ancor loro a far le fattioni per la sua portione ; per la qual cosa , douendosi proueder , che li Serenissimi Principi futuri debbano pagar le debite grauezze per causa del Dogado , si come pagano le sue li altri Cittadini nostri , & insieme accrescerli talmente il salario , che possa honestamente sostener il grado suo per honor , & dignità della Republica nostra .

L'anderà parte , che , non ostante la Parte presa in questo Consiglio sotto li 17. Zugno M. D. XLVIII. per la qual è detto che'l Serenissimo Principe non sia astretto per conto del Dogado a pagar tanfa alcuna , oltre li Ducati trecento per Decima sia dechiarito , che li Serenissimi Principi futuri, sempre che saranno poste vna, o più Decime, debbano pagar ducati tresento per ciascuna di quelle , si come hanno fin'al presente pagato , & medesimamente quando si ponerà vna , o più Tanse , siano obligati per causa di esso Dogado pagar esse Tanse a ducati tresento per Tanfa , si come erano obligati innanzi si ponesse la sopradetta Parte M. D. XLVIII. per virtù della deliberation fatta in questo Consiglio , nelle correctioni del Serenissimo Principe di felice memoria Domino Andrea Gritti , sotto di tredici Maggio M. D. XXIII. Douendo per
li altri

li altri beni suoi proprij far tutte le altre fattioni, & grauezze della città, come fanno li altri Cittadini, iusta la forma delle Leggi nostre.

Essendo conueniente dar modo alli Serenissimi Principi di poterli sostentar con quella dignità, & decoro, che conuiene ad vno capo della Republica nostra, ricercando massimamente cosi le qualità delli presenti tēpi, sia preso; Che delli danari della Signoria Nostra siano accresciuti alli Serenissimi Principi futuri ducati mille all'anno, da esser pagati nel medesimo modo, che si pagano li altri del salario suo.

De donis non accipiendis per nos, neque per Ducissam, &c. ab ullo.



PROHIBITVM est etiam nobis, Dominæ Ducissæ nostræ, filijs, nepotibus, Generis, & nuris nostris, & quibuslibet de eorum familia, sit quicumque velit, aliquo modo, forma, vel ingenio, qui dici, aut excogitari possit, per se, vel aliam interpositam personam, neque in Palatio, neque extra Venetias, accipere aliquod donum, vel præsens, cuiuscumque pretij, valoris, vel qualitatis ab aliqua perso-

na

na, sit qui esse velit, sub pena ducatorum viginti quinque pro quolibet ducato valoris dictorum numerum; & commissa est exactio præsentis capituli in vita nostra Consiliarijs, Aduocatoribus Communis, & Capitibus Consilij Decem sub debito sacramenti, & pœna ducatorum centum pro qualibet vice, quæ neglexerint exequi præsentem ordinem, & decretum. Cæterum in ingressu Dominæ Ducessæ in Palatium, præstetur ei per Consiliarios solemne sacramentum de obseruando cap. prædicto; & idem iuramentum detur filijs nostris, & alijs omnibus superscriptis.

C A P. XLIIII.

*De seruitio non accipiendo à Misterijs ultra infra
specificata, & de brauijs.*

Non possumus accipere seruitium aliquod ab aliqua arte, siue misterio huius Ciuitatis; ultra id, quod in nostra specificatur Promissione, sub debito sacramenti, & in pœnam ducatorum centum: loco autem brauiorum, aut alicuius alterius honoris pro creatione nostra, ab artibus exhiberi consuetis,

consuetis, accipere non possumus pecuniam, aut aliquam aliam rem, seruitium, vel angariam, sub debito sacramenti, & in pœna restituendi quicquid accepissimus, & tantumdem; quod exigant Aduocatores, siue Capita Consilij Decem. Nec propter hoc absolutæ sunt artes prædictæ, quando nos voluerimus hastiludia, & reliqua festa celebrari consueta. Pœnæ autem prædictæ, si viuentibus nobis non fuerint exactæ, possint post mortem nostram exigi.

C A P. XLV.

*Quòd musuo non recipiemus, neque Ducissa
Ec. nisi Ec.*



IT non recipiemus, nec recipi faciemus imprestitum per nos, nec per alium pronobis ab aliqua persona villo modo, vel ingenio, excepto, quòd infra tres menses postquam intrauerimus in Ducatu, possumus accipere imprestitum arnesia, & nauigium; & si acceperimus, tenemur, & debemus reddere illis, quorum fuerint infra illos tres menses, omni occasione remota; & hoc idem faciemus

mus

mus obseruari per vxorem nostram Dominam Ducissam filios nostros, & filias, nurus, nepotes, & neptes nostras, qui nobiscum in Palatio morabuntur. Imprestitum verò de denarijs accipere possumus a Ciuibus Venetiarum tantum, si nobis concessum fuerit per Consiliarios nostros, vel maiorem partem.

Et si comparabimus, vel comparari faciemus, aut vxor, filius, aut filia nostra, nurus, nepos, vel neptis nostra, qui nobiscum fuerint in Palatio, comparabunt, vel comparari facient aliquid, debemus, & tenemur illud soluere, & solui facere intra octo dies proximos, postquam res empta fuerit, omni occasione remota; neque possumus nos, vel personæ supradictæ, per se, vel alio emere, velemi facere extra Venetias frumentum, vinum, vel ligna, vlllo modo; nec possumus etiam aliquo modo recipere emptionem, vel cambium, seu aliter de frumento, vino, & lignis Domus Dei.

C A P.

C A P. XLVI.

*Quòd Dominus Dux non accipiat ligna ultra
carra quadraginta.*



APITOLVM de lignis corrigatur in hunc modum: Quòd ultra carra quadraginta lignorum ab igne, quæ pro faciendo igne in sala duarum naparū, & duabus cameris, vbi reducuntur Sapientes, dantur per Officiales rationum Veterum singulis annis, Serenissimus Dominus Dux nihil omnino recipiat superscriptorum liquorum ab Officio Prouisorum, quod institutum est ad commodum pauperum; & si contra fecerit, cadat pro vnoquoque carro de vno ducatu, exigendo tam per Aduocatores, quàm per Capita.



P C A P.

C A P. XLVII.

Quòd feuda, &c. non habeamus, neq; Ducissa, filij, &c.

FEV DVM, vel feuda, censum, liuel-
lum, emphiteosim, imprestitum, pro-
missionem, affectus, aliquid in pigno-
re, vel alio simili quocumque modo
non recipiemus, nec permittemus,
quod aliquis recipiat pro nobis vlllo modo, vel ingenio;
nec permittemus Ducissam nostram, nec aliquem filiū,
aut filiam nostram, nepotem nostrum, vel neptem,
(scilicet filios alicuius nostri filij) nec aliquam personā
pro eis, accipere aliquid de prædictis modo aliquo,
vel ingenio; & si nos habuerimus, aut Ducissa nostra,
filius noster, vel filia, nurus nostra, nepos, vel neptis
nostra (scilicet filij filiorum nostrorum) aliquid de
præfatis, tenemur, ac debemus ea refutare, ac facere
refutari omnino infra vnum annum postquam intraue-
rimus in Ducatu. Insuper est ordinatum, & sic serua-
bimus, quòd nos, nec aliquis de nominatis superius
possumus habere terras, ac possessiones in Ferrariensi,
vel alijs partibus extra iurisdictionem, vel Dominium
nostrum, & si nos, vel aliquis de nominatis superius habe-

haberemus aliquid de eis, tenemur de ipsis exire, quàm citius poterit, ita quòd ad longius nos, & illi pœnitus exeamus de illis terris, & possessionibus vsque ad annum vnum, postquam intrauerimus in Ducatu.

C A P. XLVIII.

Quòd non demus nos plegium, neque filij, &c. pro nulla persona, in factu Domini.

PLEGIOS, vel pagatotes ad Dominium Venetiarum, pro aliqua persona, alicuius facti occasione, quod habeat cum Dominio nostro, pro eis non dabimus, nec alios pro nobis constitui faciemus, nec pignus per alios dari faciemus vllò modo, vel ingenio; & similiter faciemus iurare filios nostros, & nobiscum habitantes nepotes, scientibus Consiliarijs nostris, quod se non constituentur plegios, vel pagatores ad Dominium Venetiarum pro aliqua persona, alicuius facti occasione, quod habeat cum Dominio Venetiarum, neque pignus Dominio pro ipsis dabunt.

C A P. XLIX.

Quòd nuptias non faciemus cum externis.



NON faciemus Maritagium aliquod de Nobis, vel filio, aut filijs, filia, vel filiabus nostris, nepote, & nepotibus nostris; (videlicet, filijs, & filiabus filiorum nostrorum,) cum aliquo forinfeco, facto, vel fieri Veneto per Priuilegium; nisi de voluntate nostrorum sex Consiliariorum, trium Capitem de Quadraginta, & quattuor partium Maioris Consilij,



CAP.

C A P. L.

*Quòd Ducatum non exeamus , neque Portu
Mathemauci, nisi &c.*



RAETEREA nec possumus , nec de-
bemus exire Ducatum Venetiarum ,
nisi de voluntate nostri minoris , &
maioris Consilij, vel maioris partis ,
sub pœna ducat. mille auri , exigen-
dorum immediate per Aduocatores communis ; qui si
id non fecerint , cadant ipsi ad pœnam ducatorum cen-
tum auri pro quoque ; quæ ambæ pœnæ post obitum
nostrum exigantur à tribus eligendis , secundum liber-
tatem eis traditam , si ante exactæ non fuerint .



CAP.

C A P. L I.

Quòd Iudex non simus de Iure, vel de Facto.

NON possumus modo aliquo, vel ingenio, solus aliquid tractare, nec esse Iudex de iure, vel de facto, in aliqua questione, vel differentia, quæ occurreret quomodocumque, tam in Venetijs, quam extra, in qualibet parte, & tam nomine Domini, quam etiam personarum specialium; salvis quæstionibus, causis, & differentijs propinquorum nostrorum, pro quibus exirent de Consilio per ordines nostros.




CAP.

C A P: L I I.

*Quòd nullus de familia, &c. se impedias de
audientia, litteris, &c.*

ALIQVIS autem Præfatorum, aut aliquis alius de familia Nostra, vel qui Nobiscum in Domo maneret, se impedire non possit de audientia, de Cancellaria, de Bulla, de litteris, aut aliquo negotio pertinente ad aliquam personam agere habentem coram Domino, vel Sapientibus, siue Ciuem, siue subditum, siue stipendiarium; aut ab aliquo prædictorum accipere donum, vel promissionem aliquam, sub pœna standi vno anno in carcere, & banni huius Ciuitatis per annos quinque; quam pœnam exigant Aduocatores, aut Capita Consilij Decem; & si per eosdem, quibus commissa sunt, expedita in vita Nostra non fuissent, post mortem nostram tribus Nobilibus eligendis, iuxta formam Partis captæ, prædicta specialiter commissa sunt; & ante omnia per eos exequi, & expediri debeant absque alio Consilio: & quodcumque ob infirmitatem, siue
ob

ob aliam causam personæ Nostræ non possumus interesse solemnitatibus, & alijs diebus, quibus necessarium est exire Dominio Palatium, familia nostra tenetur associare Dominium, eo modo, & ordine, quo facere tenetur, quando nos presentialiter interfumus; & hoc idem facere tenentur, quoties Dominium proficiscitur, ac recedit a Maiori Consilio, sicut antea fieri solitum erat.



CAP.

C A P. LIII.

Quod Nos, Ducissa, filij, &c. non procurabimus quemquam habere officium, tam Seculare, quam Ecclesiasticum, &c. & quòd Capita Consilij X. dent iuramentum singulo anno Nobis, & quòd non petemus maiorem partem in nostro regimine, quàm nobis erit concessum. Quòd filij nostri non proponantur Procuratoribus. Quòd aliquis de familia non habeat beneficium Ecclesiasticum.



ITEM non dabimus operam, quòd aliqua certa persona eligatur, vel non eligatur, nominatim in officio, vel Regiminibus, neque in Prelatura, nec Plebania aliqua in Venetijs, vel extra, nec dari faciemus per nos, vel aliquam aliam personam vlllo modo, vel ingenio; & faciemus iurare Ducissam nostram, & filios Nostros, & filias nostras, & nepotes, & neptes nostras, filios videlicet, & filias fratris, vel sororis, & fratres qui morabuntur nobiscum in Palatio, scientibus nostris Consiliarijs; quòd non dabunt operam, quòd aliqua certa persona eligatur, vel non eligatur in Officijs, vel Regiminibus in

Q Ven-

Venetijs , vel extra . Item faciemus iurare Ducissam nostram , & filios , & nurus nostras , & filias nostras præfatas , scientibus nostris Consiliarijs ; quòd petitiones , vel preces non faciant pro aliqua persona coram Nobis , & Consilium nostrum Quadraginta ad proficuum , vel damnum ipsius personæ , nisi fuerit , vel fuerint Aduocatus , vel Aduocati Monasteriorû , vel Commissarius , vel Commissarij alicuius personæ , vel personarum ; & non possumus Nos , vel aliquis denominatus superius procurare , vel aliquid facere contra contenta in Capitulo ipso , sub pœna librarum ducenarum pro quolibet contrafaciente , & qualibet vice ; quæ pœna exigi debet a nobis , vel ab alijs superius nominatis per Aduocatores Communis , habentes partem , vt de alijs sui Officij ; & si accusator fuerit , habeat tertium , & sit de credentia : Aduocatores tertium , & reliquum tertiu sit Dominij Nostri : Et quod diximus de Officijs , vel beneficijs , ita etiam intelligatur de Scribanis Massarijs , siue alio quocumque nomine censeantur , quòd tam intus , quàm foris conferri alicui Ciui , vel subdito nostro contingat : Et promittimus , atque iuramus nos non impedire per priuatam aliquam nostrâ intercessionem , vel commendationem , neque pati , vt Dominæ Ducissa , filij , vel filij filiorum , fratres , vel Nostri Generi ,

Generi , in similibus se impediunt , sub pœna ducatorum quingentorum pro qualibet vice ; & possint pœnæ præfatæ exigi , tam de bonis contrafacientium , quàm nostris , & ante , & post obitum Nostrum per nostros Aduocatores , per quos solos sine alio Consilio possit retractari omnis collatio Officij , & beneficij , siue quicquid aliud quomodolibet collatum fuisse constaret ad intercessionem , & preces nostras , & præfatorum , & cuiuscumque eorum , & per Capita Consilij Decem intromitti , filij , generi , & alij supradicti placitari , & puniri possint : Et si per aliquem competitorum ipsius Officij , & beneficij , qui habuerit plures ballottas post eum , qui remanserit , transcundo medietatem Consilij , aut Collegij facta fuerit conscientia Aduocatoribus , siue Capitibus Consilij X. quòd Nos , aut filius , aut aliquis alius necessarius prohibitus intercesserit pro illo , qui remanserit , casu illo constituatur per eosdem Aduocatores , vel Capita , siue maiorem partem alterutrius Magistratum prædictorum in illius locum ad idem Officium : Nec potest aliquis de familia nostra habere tempore vitæ suæ toto tempore , quo stabit nobiscum , aliquod officium publicum , vel beneficium , tam seculare , quam Ecclesiasticum , tam continuatum , quàm ad tempus , tam in Venetijs , quàm

extra, neque etiam cum Rectoribus, vel Officialibus
Nostris, sub pœna amittendi illud, & tantundem; ad
quam pœnam cadant, qui eum acceptauerint; non in-
telligendo de illis, quæ nos auctoritate nostri Ducatus
conferre possumus. Aliquis autem filiorum nostro-
rum, aut gener, aut nepos, non possit se impedire in
rebus veritis per nostram promissionem, sub pœna du-
catorum ducentorum pro quolibet, & qualibet vice,
& priuationis per quinquennium omnium officiorum,
beneficiorum, Regiminum, & Consiliorum, tam pu-
blicorum, quam secretorum; & non possumus demum
aliquem consanguineum, & affinem nostrum, seu
quemuis alium, neque pro illis loqui, & aliquo pa-
cto nos impedire, pro impetrando, seu aliter conse-
quendo aliquo beneficio Ecclesiastico, sit quodeunque
illud esse velit; & si quis, precedente aliqua commen-
datione nostra, impetraret aliquod beneficium, dari
ei non possit illius possessio, sub pœna ducatorum
quingentorum cuiuslibet ponenti, & facienti; in contra-
rium; & pro obseruatione præmissorum, singulis an-
nis Capita nostri Consilij Decem, quibus specialiter
commissa est executio dictarum promissionum, te-
nentur in maiori Consilio, sequentibus post festum S.
Hieronymi, in die festiuo, venire ad præsentiam no-
stram,

stram , & nobis præstare solemne sacramentum super Missale , de obseruandis , tam superscriptis , quam omnibus alijs Capitulis nostræ promissionis ; & insuper ipsa Capita inquirere debeant sub debito sacramenti , si in aliqua parte ipsius promissionis à nobis fuerit contrafactum ; & reuerenter admonere Nos de tali contrafactione ; vt in posterum ab ea abstinemus ; Quod si non fecerimus , Capita Consilij X. quæ per tempora fuerint , tenentur sub eodem debito sacramenti conuocari facere Consilium suum , absentibus nobis , & in eo proponere , non solum retractationem eorum , quæ facta fuissent contra promissionem nostram , verum etiam prouisiones necessarias , ad hoc , vt ab huiusmodi contrafactionibus desistamus . Præterea , si aliquis noster rector ad requisitionem nostram , aut alicuius alterius ex superius specificatis , de affinitate , consanguinitate , & familia secum duxerit aliquem Vicarium ; Iudicem , Cancellarium , aut aliquem alium Officialem suum , quocumque nomine nuncupetur , sit priuatus per quinquennium omnibus Regiminibus Officijs , & Consilij , intus , vel extra , & cadat ad pœnam ducatorum trecentum auri pro quolibet , ab eo irremissibiliter auferendorum à nostris Aduocatoribus in vita nostra , & similiter à capitibus Consilij Decem .

&

& quolibet eorum ; post mortem verò à tribus eligendis , iuxta libertatem eis traditam : & vltra hoc ille, vel illi , qui accederent cum illis Rectoribus pro huiusmodi officijs , interueniente intercessione nostra , vel alicuius præfatorum , sint priuati per decennium omnibus officijs , & beneficijs Domini nostri , & ad eandem penam cadant omnes Officiales , & Magistratus huius Ciuitatis nostræ Veneriarum , qui ad instantiam nostram , seu præfatorum , eligerent aliquem ad aliquod officium aliquo modo ; electio verò nulla sit , & electi ad eandem penam cadant , si ingredientur officium .

Et non petemus , nec dabimus operam ad habendam maiorem potestatem in nostro Regimine , quàm nobis concessa est ; & si sciuerimus , quod aliqua persona det operam , quod habeamus maiorem potestatem in nostro Regimine , quam nobis concessa est , turbabitur per nos , & alios bona fide , quod non det dictam operam , & dabimus inde notitiam nostris Consiliarijs ita quod turbetur , secundum quod eis , vel maiori parti videbitur .

Et non consentiemus , vel permittemus , quod aliquis de nostra prole sit Consiliarius noster , nec aliquis noster propinquus , secundum quod solent exire de Consilio per Consilium ordinatum ; nec consentiemus ,
quòd

quòd aliquis filius noster, nepos noster, filius filij nostri, sit Caput alicuius Consilij, in quo possit ponere partem; nec permittemus, quòd aliquis filius noster, nepos noster filius filii, sit tractator, Sapiens, Prouisor, nec aliud, quocumque nomine censeatur, in aliquo facto, in quo possit ponere partem in aliquo Consilio; neque consentiemus filios, vel nepotes præponi neque in via, neque alicubi, sedendo, Procuratoribus; sed Procuratores illis præponantur in omni loco, & actu; nec etiam permittemus filios nostros, & filios filiorum nostrorum, nec aliquem de nostra familia, siue habitantem in domo nostra, habere aliquod beneficium Ecclesiasticum.

M. D. XXIII. Die 13. Maij in maiori Consilio.

BENCHÈ per leze, & per la forma della Ducal promissione sia prohibito al Serenissimo Principe, & à tutti della famiglia sua il poter hauer officio, ò beneficio; pur el potria occorrer, che conseguendone alcun delli Ecclesiasticò, sarà in terotto costi opportuno ordine, senza poterli poi far rimedio alcuno; ilche importa grandemente, & si die

die ouuiar , auanti che venga il caso , & però .

L'anderà parte , che fermo remanendo ogni decreto sopra tale prohibitione , sia aggiunto , & dechiarito , Che se alcun della famiglia , ouero attinente del Serenissimo Principe , prohibito per la sua promissione , impetrerà , ouer consegirà alcun beneficio ecclesiastico , sia tenuta la Serenità sua farlo immediate rifiutar liberamente , sotto pena di pagar essa delli suoi proprii danari alla Signoria Nostra lo equiualente della annual entrata di esso beneficio per tanto tempo , quanto el possederà contra la predetta forma della sua promissione , etiam dapoi la morte di esso Serenissimo Principe ; eccettuando però da questo ordine quelli , che fossero in sacris auanti la Creatione del Serenissimo Principe , i quali debbano restar ben con i suoi beneficij , che fin a quell'hora si troueranno , ma non ne possano impetrar , nè accettar alcun altro , fin che viuerà sua Celitudine .



CAP.

M. D. XXVIII. Die 7. Iannarij in maiori Consilio.



He al capitolo..... con le sue correzioni continente tra le altre cose, che'l Serenissimo Principe non permetta gli figliuoli suoi, & figliuoli de' figliuoli, ouero alcun della sua famiglia, ouer habitante in casa sua, hauer alcun beneficio Ecclesiastico, &c. Sia aggiunto; che, per rimouer ogni dubitatione, li fratelli, cosi da parte di Madre, & Padre, come da parte de Madre, ò de Padre tantum, cosi diuisi, come non diuisi da sua Serenità & habitanti, & non habitanti con quella; & figliuoli suoi, & similmente li figliuoli, & figliuole de' figliuoli legitimi, & naturali, ouer naturali tantum di sua Serenità, cosi emancipati, come non emancipati, habitanti, ò non habitanti con Quella, non possano hauer beneficio, ouer pensione alcuna Ecclesiastica, nel modo che in detto Capitolo è statuito, & sotto le pene in quello esprese.

R C A P.

C A P. LIIII.

*Quòd filij Noſtri non habeant regimen vllum, & ſint
de Rogatis.*



T ſimili modo faciemus omnes præ-
fatas perſonas iurare, ſcientibus no-
ſtris Conſularijs; quòd non mittent
aliquas litteras, nec Nuntium, vel
Nuntios, nec mitti facient in fauo-
rem, vel damnum alicuius perſonæ; & non permit-
temus aliquem filium Noſtrum habere Regimen, Ca-
pitaneariam, vel Dominium aliquod in Venetijs, no-
ſtrum, vel forenſium: nec ne in Ambaſciatorem, Tra-
ctatorem, vel Prouiſorem in aliquam partem: exce-
pto, quòd poſſit ire Capitaneus Armatæ Noſtræ, quæ
fieret per texeram, & partitionem terræ, & quæ fieret
de Galeis a xx. ſupra; & pro refutatione alicuius Re-
giminis, Capitaneariæ, vel Dominij, ſi quod haberet
Dominium noſtrum, nihil debeat ei ſatiſfacere; neque
filij noſtri, filij filiorum Noſtrorum, viuentibus No-
bis, non poſſint habere aliquod officium, vel benefi-
cium, Magiſtratum, ſiue dignitatem aliquam, neque
con-

continuum, neque ad tempus, nec esse de aliquo Consilio, præter maius Consilium, & Consilium Rogatorum, de quo possint esse, postquam finiuerint annos **xx**. sine alia electione, non ponendo ballotam, sed ire non possint in Consilio Rogatorum ad capellum, pro essendo electore alicuius, vel aliquorum ad aliquod munus, sicut non possunt in Maiori Consilio; & quod filij nostri toto tempore vitæ nostræ non possint esse de Collegio. Item fratres nostri non possunt esse de Consilio **X**. in vita nostra.

M. D. XXI. die 28. Iunij in Maiori Consilio.



ADITUM quoque est, quòd sicut per leges est cautum, quod esse non potest Consiliarius Venetiarum; nec etiam de additione Consilij **X**. eorum aliquis, qui se nobiscum expelleret à capello; ita de cætero non possit accipi, nec probari de Consilio **X**. neque esse Aduocator Communis aliquis, qui se nobiscum expelleret a capello, aut cum aliquo ex filiis nostris in vita nostra.

R 2

M. D.

M. D. LV I. Die 7. Iunij, in Maiori Consilio.



I come fino al presente, per le prudentissime considerazioni delli maggiori nostri, alli figliuoli delli Serenissimi Principi nostri è stata fatta maggior prohibitione di poter conseguir honori, ouero Magistrati della Repub. nostra, di quella che sia stata fatta alli fratelli di Sua Serenità; così è conueniente, che restringendo solamente alcune cose, lequali potriano concerner l'interesse del Stato nostro, non sia preclusa la via in tutto, & per tutto a' detti fratelli di potere conseguir della predetta Republica nostra alcun beneficio, del quale ne potriano hauere bisogno per il carico della famiglia sua, & che non siano alla istessa conditione delli figliuoli di Sua Serenità, iquali godono le dignità, & emolumenti del Padre. Però.

L'anderà parte, che li fratelli delli Serenissimi Principi nostri, viuendo Sua Serenità, oltre che non possono entrare per qual si voglia titolo nel Consiglio nostro di X. ponendo, ouero non ponendo ballotta, non possono essere del Collegio nostro, ne anco Capitani Generali

Generali da Mare ; Proueditori dell' Armata ; Capitani in Colfo ; Proueditori Generali in campo ; nè Ambasciatori a Principi , così di Testa Coronata , come non Coronata.

C A P: L V.

*Quòd Mercatum non faciemus, neque aliquis de familia ,
neque dabimus in collegantiam , neque partem habebimus,
neque carattos in Datijs, neque in
Fremibus., neque in Nauigijs.*



ITEM non possumus, nec debemus facere mercatum , nec fieri facere per aliquam personam , vlllo modo , vel ingenio Venetijs, nec extra , nec dare de nostro in Collegantiam ; & faciemus iurare Ducissam nostram , & filios , & nepotes nostros , tam habitantes , quam non habitantes nobiscum ; quòd non faciant , nec fieri faciant mercaturam per aliquam personam vlllo modo , vel ingenio , Venetijs , vel extra ; nec dent de suo in collegantiam ; & similiter filix , & nepotes nostræ habitantes nobiscum , teneantur , & astrictæ sint ad obseruantiam omnium

niuin præmissorum ; nec etiam possumus habere , nec tenere pro socio , domicillo , seruitore , vel famulo aliquem , qui faciat mercationes , vel qui habeat de suo in Collegantiam ; Et si in aliqua parte , vel loco , tam in Venetijs , quam extra , Nos Dux , vel aliquis de contentis superius , habebimus aliquas mercationes , cuiuscumque conditionis existant , ante nostrum introitum in Ducatu teneamur omnino exiuisse de illis , vsque annum vnum proximum , postquam intrauerimus in Ducatu .

Prætera aliquis filius noster , vel nepos , (videlicet , filius filij nostri) nullo modo potest recipere commisionem , vel procurationem alicuius personæ de Mundo , nec acceptare Commissariam alicuius personæ , nisi eorum , pro quibus exierint de Consilio , secundum ordines nostros ; & ad eandem conditionem in omnibus , & per omnia sit Ducissa nostra . Nec possumus facere , nec fieri facere Mercantias , nec illas praticare cum Sansarijs , sub pœna ducatorum mille pro qualibet vice , quàm illam fecerimus , vel fieri fecerimus aliquo modo , forma , vel ingenio , & similiter non possit aliquis filiorum nostrorum , nec aliquis de familia nostra .

CAP.

C A P. LVI.

M. D. XXI. Die 28. Iunij in maiori Consilio

ADDITVM quoque est, & omnes prefati nominati superius, sub omnibus pœnis, & conditionibus in hoc ipso capitulo contentis, non possumus, nec possunt etiam habere partem, neque carattos in Daciis, tam intus, quàm extra: neque in triremibus, aut nauigiis modo aliquo.

M. D. XXIII. Die 13. Maij in maiori Consilio.

RESSENDO prohibito al Serenissimo Principe per la sua promissione il far mercantia di cadauna sorte, & similmente impazzarsi in Dacii, è da far ogni efficace pronissione, che se' l' sarà contrafatto in alcun tempo, si possa hauerne notitia, acciò l' habbi tanto maggiormente causa di astenersi da tal cosa; a sua Serenità conuenientemente prohibita.

L'An-

L'Anderà parte, che'l sia aggiunto alli capitoli pre-
detti, che parlano in tal materia, i'quali in omnibus
siano essequiti, salvo in quanto repugnassero alla pre-
sente parte: Che se'l sarà alcuno, de cetero, c'habbi
hauuto commercio, ò intelligentia di alcuna mercantia,
ouero Dacio co'l Serenissimo Principe, ouer alcun altro
della sua fameglia, contra la forma della sua promif-
sione, & darà di ciò notitia, sì che si habbia la veri-
ta: tutto quello si trouasse appresso de sì de rason di
tal mercantia, ouer Dacio, sia suo libero, & non possa
esser astretto in alcun tempo ad alcuna restitutione.

C A P. LVII.

Quòd in litibus nostris deputemus Procuratores.

DOMINVS Dux in omnibus litibus,
quàs mouere voluerit, aut alii mo-
uebunt suæ Serenitati, deputare de-
beat suos Procuratores, vel Aduoca-
tos, qui in Palatio, vel ad loca con-
suetà publicè illas placitare faciant, & non per præ-
sentiam suam: nec possit vocare iudices, nec partes in
domo, & Palatio suo, nec secrete pro se, sua, aut
atti-

attinentium suorum loqui, sub pœna ducatorum centum; & Iudices sub pœna ducatorum trecentum non vadant; & ultra hoc quicquid sententiatum fuerit, sit nullum; & tàm Aduocatores, quàm Auditores, quamprimum sciuerint, illas incidant, & à Iudicibus pœnas exigant, quæ sint suæ.

C A P. L V I I I.

*Quòd officia omnia, Prioratus, & Plebanie conferantur
Ciuibus originarijs Venetis.*

M. D. XXXVIII. Die 7. Ianuarij in maiori Consilio.



'S T A' sempre costante, & perpetua volontà delli Maggiori nostri, che li Officij, li quali si dispensano alli Cittadini nostri, fossero à quelli distribuiti per li meriti, & virtù loro, & delli Maggiori suoi: sopra che sono fatte diuersedeliberationi delli Consigli nostri, acciò che li detti Cittadini, che per le aduersità de' tempi condotti sono in qualche calamità, haueffero modo di solleuarfi; & vltimamente, acciò che ne seguitasse tale effetto, fu

S deli-

deliberato, che li Cancellieri inferiori, & suoi Reper-
tori, ouero. Coadiutori, & li Gastaldi delle Procuratie
nostre, si elegessero de' Cittadini nostri originarij di
questa città, il che essendo conueniente offeruar ancora
nelli altri officij, & beneficij di questa Città, che per il
Serenissimo Principe nostro si conferissero.

L'Anderà parte, che tutti li officij, si de Gastaldi,
Cancellieri, Priorati, come etiam li dui Piuani, vi-
delicet, di San. Zuane, & di San. Giacomo di Rialto,
che nell'auuenir vaccheranno, spettanti alla Serenità sua,
debbano per quella esser conferiti a Cittadini origina-
rij di questa Città della sorte, che è statuito per questo
Consiglio, douer esser li Gastaldi delli Procuratori, &
che siano di legitimo matrimonio nasciuti; & cadauna
collatione, che contra il presente ordine fusse fatta,
sia di niun valore, & possa esser annullata per cadauno
delli Auogadori de Commun, & del Collegio nostro
senza altro Consiglio; Oltra di questo incorra esso Se-
renissimo Principe contrafaciente in pena de ducati du-
cento, da esser scossa dalli detti Auogadori in vita sua,
ouero per li tre Inquisitori doppo la morte dalli suoi
heredi.

CAP.

C A P. LIX.

*Quòd loqui possumus in favorem propinqui
in Maiori Consilio.*



T si aliquis propinquus noster, qui nobis attineat, secundum formam Consilij, habeat aliquid facere, ita quod ducatur ad maius Consilium, possumus dicere in eius favorem aliquid, donec erunt præsentes partes in Consilio, si nobis videbitur; sed discedentibus ipsis, nihil super eorum facto dicere possumus, neque capere partem in eo, secundum formam Consilij, & si aliquis ex propinquis nostris, ut supra, habeat agere coram nobis, & consiliarijs nostris, non consentiemus, quod Consiliarij consultant in præsencia nostra super ipso facto.



M. D. XXXVIII. Die 7. Ianuarij in maiori Consilio.



HA al Capitolo nel quale è statuito , che se alcun propinquo del Serenissimo Principe hauerà a far alcuna cosa dauanti Sua Serenità , & Consiglièri suoi: Quella non permetta , che si consigli alcuna cosa sopra quel negotio, essa presente : sia aggiunto , che esso Serenissimo Principe sotto debito di sacramento , sia obligato , ad vnquem offeruar il detto Capitolo , & poner tal ordine, che ad altro tempo , & absente Sua Serenità , tal negotio de'suoi propinqui sia aldito , & diffinito ; & l'istesso sia offeruato , se la cosa farà di tal sorte , che per tutto il Collegio debba esser diffinita , & similmente li Consiglieri , & cadaun di Collegio , sotto l'istesso debito di sacramento , siano tenuti l'istesso offeruar , & far offeruar , non aldendo i detti propinqui in presentia di Sua Serenità ; & se alcuna cosa farà terminata , non offeruato l'ordine sopradetto , quella sij irrita , & di niun valor , & possa per cadaun delli Auogadori nostri de Commun , lenz' altro Consiglio , esser reuocata , & siano tenuti li Secretarij notar sotto la espeditione di tal negotio , se'l Serenissimo Principe farà stato presente ,
ouera-

oueramente nò, sotto pena de priuation della Cancellaria, & ricordar l'ordine presente alli Consiglieri, & al Collegio, ogni fiata, che farà bisogno, prima che li propinqui predetti da quelli siano vdi, sotto l'istessa pena, & quanto è sopradetto, debba esser obseruato, non solamente quando la causa farà fra dui Nobili, vno delli quali sij propinquo del Serenissimo, ma molto più quando la farà tra il Nobile propinquo, & Cittadin, ouero altra persona.

C A P. LX.

Quòd electi ad Regimina non veniant ad gratias nobis agendas, & de sponsis non mittendis ad visitationem nostram.



N omnibus rebus, gradibus, & qualitate personarum est quidem debitus, & laudabilis modus, & mensura vnicuique rei congrua, & conueniens, quæ, quanto exactius, & diligentius seruatur, tanto magis ab omnibus commendatur. Propterea, vt quædam mala consuetudo tollatur penitus è medio; non possit aliquis Nobilis noster

noster electus ad aliquod Regimen, vel officium, seu beneficium, adire Domum nostram ad agendas nobis gratias, neque immediate post electionem factam, neque quando accedunt ad Regimen, neque quando ab eo reuertentur, siue quando ingredientur Magistratum, vel egredientur, sub pœna ducatorum quingentorum cuiuslibet contrafacienti, & accedenti ad tale officium faciendum, & ad eandem pœnam cadant ille, vel illi omnes, qui illum comitarentur, Præterea non possit aliquis mittere sponsam aliquam ad visitationem nostram, nisi sponsus, aut sponsa fuerit nobis tali affinitate coniuncta, quæ se expellat à cappello, sub eadem pœna prædicta; cuius pœnæ tertium sit accusatoris, qui teneatur de credentia, tertium Aduocatorum Communis; quibus commissa sit præsens executio, & aliud tertium nostri Arsenatus.

M. D.

M. D. XXIII. Die 23.

in Maiori Consilio.

FV buona l'intention di quelli, che deliberorno prohibir quella absurda forma già introdotta dell'andar di Gentil'homeni nostri, come erano rimasi in aleuno Officio, ouero Reggimento, ouero ritornati di fuori, a ringratiar, & visitar il Serenissimo Principe, & cosi etiam di mandar le spose a toccarli la mano. Ma pur tale decreto si vede esser interrotto con mormoratione, & mal. essem. pio. & Però.

L'anderà parte, che confermando in tutto l'ordine sopra questa materia, compreso nella Ducal promissione, sia aggiunto, che'l Serenissimo Principe nostro non possa, nè debba admetter alcun, nè a ringratiar, nè a visitar Sposa alcuna, salvo di quelli, che a sua Celsitudine fossero congiunti sì, che si venissero a cacciar da cappello, sotto pena de ducati cento d'oro, ad esso Serenissimo Principe, & a suoi figliuoli, ouer nepoti cohabitanti, per cadauno, & cadauna volta..

Quod

Quòd operam dabimus ad Iustitias per complendas .

Ferimus studiosi , & dabimus operam bona fide ad omnes Iustitias per complendas , & offensiones emendandas , de quibus nobis , & nostro Consilio , vel maiori parti clamor factus fuerit per Officiales nostros ; studiosique erimus cum Consilio nostro , vel maiori parte committere , vt emendentur per Officiales , ad quos spectabunt .

C A P. L X I.

De Petitionibus audiendis .

De petitionibus audiendis , secundum quod statutum est , sic tenebimur a modo , quem admodum nostri Consiliarij inde tenentur , & per tempora .



C A P.

C A P. LXII.

*De eundo per Palatium, ut ius omnibus fiat,
nullum priuatim commendando.*



RAETEREA studiosi erimus ad rationem, & iustitiam omnibus, quicquam quaesuerint, vel quaeri fecerint, exhibendam sine dilatione aliqua, bona fide, & sine fraude; & si sciuerimus, vel crediderimus aliquam personam rationem, & iustitiam habere, & eam vi quaesuerit, vel quaeri fecerit, nos hoc faciemus notum Consiliarijs nostris, & illud inde faciemus, quod consultum fuerit per nostros Consiliarios, vel maiorem partem ipsorum. Tenemur quoque, & obligamur cum nostris Consiliarijs singulo mense vocari facere in maiori Consilio Iudices nostros Palatij, & praecipere eis in efficaci forma, quod sint studiosi, attentis, & solliciti ad praestandum expeditionem causarum, quas habuerint per tempora ad eorum Iudicatus, ministrando indifferenter, & aequè iustitiam omnibus cuiuslibet, videlicet,

T magnis,

magnis, mediocribus, & inferioribus, non habendo respectum aliquem ad vllam personam cuiuscumque conditionis esse velit. Et tenemur, & debemus semel in hebdomada, ad minus die Mercurij, post factam processionem, nos conferre sub debito sacramento per Palatium, per viam Curiarum, & Iudicarium nostrorum, persuadendo, & mandando Iudicibus, & alijs Iudicantibus, quòd non respiciendo in faciem alicuius, vnicuique indifferenter Iuris, & Iustitiæ debitum debeant celeriter ministrare pauperibus oppressis, & præcipuè qui nequeunt sumptibus resistere; Audiemus etiam conqueri volentes, & causas suas commitemus vbi, & sicut opus fuerit, vni Iustitiæ debitum suum consequatur celeriter; Nullum tamen priuatè aliquibus Iudicibus, siue Magistratibus commendando, neque ad ius, neque ad expeditionem, neque aliter vllam modo, sed tantummodo publicè, vt dictum est, & Advocatores Communis, vel vnus eorum tenentur sub debito sacramento, omnimodis venire ad conspectum nostrum, & Consiliariorum nostrorum in maiori consilio, & nobis memorare obseruationem prefatorum sub debito sacramento.

M. D.

M. D. LXXIV. Alti. Agosto nel maggior Consiglio.

RITROVANDOSI nella Promission
Ducal per variation de tempi alcune
cose da corregger.

L'Anderà parte, che al capitolo no-
no di essa Promission, nel quale è de-
liberato, che li Serenissimi Principi non solo debbano
andar in persona ogni Mercore per Palazzo, ma deb-
bano anco ogni mese far chiamar in questo Consiglio
i Giudici delle Corti per sollicitarli alla espeditione
delle cause, & al far giustitia; sia aggiunto; Che me-
desimamente li sia ingionta la cura delli officij di Rial-
to, facendo venire alla loro presentia in Collegio ogni
Dominica quando vno, & quando vn'altro delli Offi-
ciali, Giudici; & altri Magistrati di Rialto, secondo
che seruirà il tempo; sì che in dui mesi s'habbia fatto
venir tutti; & così di dui mesi in dui mesi; & esor-
tando quelli, che hanno carico di amministrar Giu-
stitia, quanto quelli, che riscuotono il danaro publi-
co, veduto conti; & altro, à far il debito loro, sen-
za hauer rispetto ad altra cosa, che all'honore del Si-
gnor Dio, & al beneficio del stato nostro; Ingiongen-

T 2 doli

doli à dar conto di quanto passerà di tempo in tempo
ne gli officij loro , così circa li disordini , che vi potes-
sero esser , come circa gli agiuti , che per auentura gli
faceessero bisogno per meglio fare il debito loro.


*In sententijs proferendis nos ponemus in
melioerem partem.*

IT si Iudices in proferenda lege erunt
discordes , & requisiti ab eisdem fue-
rimus , melioerem partem , quæ nobis
videbitur secundum statutum , & or-
dines Venetiarum , nos ponemus , &
si statutum nobis defecerit , secundum usum ; & si usus
nobis defecerit dicemus secundum conscientiam no-
stram , sine fraude ; nec hoc dilatabimus per fraudem
nullum seruitium tollendo , vel tolli faciendo ; & si
fiet , statim cum nobis innotuerit , faciemus ipsum
reddi bona fide , & sine fraude . Cæterum cum per
huiusmodi capitulum omnes leges , siue sententiæ per
nostros Iudices proferendæ , possunt ad nostrum deue-
nire iudicium , ita quòd neutri partium consilere de-
bemus ; verumtamen ad lucidiorem explanationem ex-
titerit declaratum , quòd in aliqua questione , vel causa
ventilata ,

ventilata, seu in posterum ventilanda, siue quàm cre-
diderimus posse ventilari coram Iudicibus, vel Officia-
libus nostris, non possumus eisdem Iudicibus, vel Of-
ficialibus, & similiter alicui personæ, cui, vel forensi
consulere vilo modo.

C A P. L X I I I.

*Quòd aliquid non probetur, nisi per duos testes.
Item de vadimonijs dõrium eleuandis.*

 P O R T E T etiam prospicere, ne fa-
cultates Ciuium, & subditorum no-
strorum medijs indirectis surripiantur,
cum præsertim introductum sit,
quod ex relatione, & testificatione
vnius tantum, facultates hominum iudicentur, & in
notabili quantitate, cum maximo periculo personarum
contra Evangelicam scripturam, vbi dicit; Quòd in ore
duorum, vel trium stet omne verbum: Idcirco statu-
tum sit, & prouisum, quòd in casibus quibuscum-
que, qui de cœtero occurrent, à ducatis decem su-
pra, in quibus sit necessaria probatio testium, non in-
telligatur esse facta probatio, nisi per depositionem
duorum

duorum saltem testium probata fuerit intentio probantis, aut per tres mulieres: in alijs verò causis à dicta summa infesa, & alijs casibus hactenus seruatis, seruetur id quod hactenus seruatum extitit, & sic iungatur in Capitularibus omnium Iudicum, & officialium nostrorum.

C A P. LXIII.

De Notitijs per nos subscribendis.



IN omnibus, & singulis notitijs, iudicibus, & alijs cartis tenemur subscribere, & subscribemus infra octo dies proximos, postquam nobis per Cancellarios fuerint presentatae, nisi infirmitate fuerimus impediti; & si infirmitas praedicta fuerit ultra dies quindecim, tunc ille Consiliarius, qui faciet, & exercebit Regimen pro nobis, se subscribere debet in dictis notitijs, iudicibus, & alijs cartis, sicut nos faceremus, si sani essemus, faciendo mentionem, quòd illam subscriptionem faciat propter infirmitatem nostram; quae subscriptio sit eiusdem efficacit, & valoris, ac si nos subscripsissemus.

C A P.

C A P. LXV.

*Quod Auditores non suspendant sententias,
nisi citata parte.*



TERTIUM est Serenissimo Dmno
Duci potestas suspendendi sententias
per duos menses, & ultra hoc tem-
pus suspenduntur, & multoties per
Auditores cum Consilijs, & sine Con-
silijs, quod est de directo contra libertatem Domini
Ducis, non valentis dare facere sententijs prædictis de-
bitam executionem, iuxta formam arbitrij, & promif-
sionis suæ, & sunt huiusmodi suspensiones inaudita
parte. Propterea caurum est, & statutum, quod per
Auditores supradictos fieri de cætero aliqua suspensio
alicuius sententia non possit, vel cum Consilijs, vel sine
Consilijs, etiam pro tempore, quo libertatem habent
suspendendi, nisi audita, vel faltem citata altera parte.



CAP:

C A P. LXVI.

*Quòd non exequamur sententiam contra
non sententiarum.*



AD Capitulum autem sententiarum exequendarum per Dominum Ducem, addatur; Quòd Dominus Dux, qui per vim suæ promissionis, merus executor sententiarum esse debet, non possit sub debito sacramenti aliquam facere executionem contra aliquem, qui a nostris Iudicibus sententiatum non fuisset, neque pro se, neque pro aliquo de familia, & de domo sua, siue aliquo alio, quisquis sit; sed iuxta sententiarum tenorem fiat debita executio, & per medium officij nostri Supragastaldionum in Ciuitate, & extra per medium Rectorum nostrorum, & non aliter aliquo modo.



C A P.

C A P. LXVII.

De uno custode carcerum constituendo.

ILLUM, quem carceris custodem penemus, & cui claves carceris dabimus, constituemus bonum, & legalem, secundum nostram conscientiam de voluntate, & consilio nostrorum Consiliariorum, vel maioris partis; & non permittemus ipsum custodem accipere ab illis, qui detenti fuerint, & positi in captiuitate, pannos, nec aliarum res, donec fuerint iudicati; & si habebunt denarios, vel alias res, debeant ipsi denarij, & res, saluari ad voluntatem nostram, nostrorumque Consiliariorum; & si ipsi detenti erunt iudicati, panni cum quibus iudicati fuerint, debeant esse dicti Custodis, & de denarijs, & alijs rebus fiat sicut nobis, & nostro Consilio, vel maiori parti videbitur faciendum; & si absoluti fuerint, debeat custos carceris prædictus habere soldos quinque denariorum Venetorum tantum pro quolibet eorum, & non aliud ab eo, vel ab eis; & omnibus illis, qui erunt in carceribus nostris Pala-

V
tij,

tij, tam de subtus, quam de super faciemus dari quolibet die duos panes duodecim unciarum pro quolibet captiuo, scilicet, qui erunt detenti pro maleficio, pro quo debebunt poni ad legem; qui panis de cætero nemini alij detur, nisi ipsis carceratis secundum formam legati. Item non tenemur amplius ire iuxta antiquas consuetudines ad curiam Proprij, quando per Iudices Proprij promulgantur sententiæ illorum, qui pro suis demeritis Iustitiarum debent, sed duo ex Consiliariis nostris maioris natu in his casibus loco nostri ad curiam Proprij accedere tenentur: Et quoniam ab aliquo tempore citra, per custodem, seu Capitaneum carceris superscriptum, sub prætextu soldorum quinque, quos ipse recipere solebat, & debebat in quolibet carcerato, qui fuerat absolutus, vt superius declaratur, ductum est in consuetudinem, ab eis absolutis accipere quidquid ei placet, scilicet ab vnoquoque eorum a tribus vsque octo libris cum grauissima iactura ipsorum pauperum, & clauitoforum hominum, sancitum sit, vt Capitanei, seu custodes carcerum ipsorum, sub eiusmodi ordinis velamine talia enormia de cætero patrare non possint; quod absolutis ipsis, nihil aliud accipere possint: & quando eis mandabitur per Aduocatos Communis, vel aliquod aliud officium

cium , ad cuius requisitionem detenti fuerint , quòd è
 carceribus ipsos laxent , eos libere dimittant , sub pœ-
 na priuationis officij sui , si contrafecerint , & non obe-
 diuerint ; & hoc idem sub eadem pœna seruetur per
 Notarios , & Scribas Officiorum , per quæ suprascri-
 pti absoluti intromissi fuerint , scilicet ; quòd pro pro-
 cessibus , & alijs scripturis nihil ab eis accipiant ; quo-
 niam inhumanum quodammodo dici potest , quòd
 ultra pœnam carcerum , & tormentorum , hæc alia in
 honesta grauedo eis inferatur ; Et committatur obser-
 uatio præsentis ordinis Aduocatoribus , & Sindicis San-
 cti MARCI.

C A P. LXVIII.

De tenendis omnibus illis datis ad Carceres.



TEM omnes illos , qui nobis dati fue-
 rint ad tenendam in carcere , vel in
 camera , teneri , & saluari faciemus ;
 & non faciemus aliquem relaxari per
 nos ; verumtamen si videbitur nostris
 Consiliarijs , quòd aliquis debeat relaxari , mittemus
 pro illis officialibus , pro quibus dicti carcerati dati

V 2 erunt

